3014

L St 6
P44

M10.132

TRIVMPHVS AVGVSTVS

PRÆTORIÆ MAIESTATIS
SERMONE. PANEGYRICO
ET POETICIS PLECTRIS
MERITIS, ET HONORI

IO. IACOBI STOCKARI

LOCARNI
PRÆTORIS OPTIMI
IN AVLA PRÆTORIA
CORAM
ILL.MIS HELVETIÆ LEGATIS
SPECTANTE, ET APPLAVDENTE
POPVLO
A CAROLO FRANCISCO PETRONIO
EXIBITVS
DIE XX. APRILIS M. DC. XXXXX.



LAVDÆ,

Apud Carolum Pitium Impressorem Episcopalem.
Superiorum permissu.

25.490 Dund 9614

INSIGNIA STOCKARIANA

IMPRIMATUR.

Fr. S. Angelus Gallus Vic. S. Officij Laudæ.

C. M. Cusmerius Vic. Cen. etc.

Antonius Nocetus Prætor Laudæ pro Excell. Senatu.

AD ILL.MOS HELVETIÆ LEGATOS ITALICAS VISENTES PRÆFECTVRAS Anno M.DC.L.

CAROLVS FRANCISCVS PETRONIVS.

VIDEO non amplius oportere, Patres conscripti de pacato, cui iam fælicitèr subsunt, dominio vestrorum subditorum referre gaudia, nec redigere encomia: adeo de suo quiete deducto conubilant statu, vt ego (cũ videant ni potius doleant in mundi regna reclamãtibus subditorum animis martialem grassari furorem) tum seruitutis, tum gratitudinis lege deuinctos arma, vires, copias, opes facultates, ipsos etiam filios vobis offerre semper esse paratos plane promittam. Verum de præfectis salutaribus insolitam lætitiam corde hiante promanãtem, & primo de præsenti ateſtãte laudes, quibus hoc biennio fideles huius præfecturæ altius resonant subditi, cum hoc à vestra quàm accurata electione dirigi etiam ad tollenda clandestina ciuium bella glorientur, vno omnium ore sparsas in vnum colligere sum delectatus, vt vestris oculis subiectæ, fideicommendatæ, inscriptæ nominis splendori non alienas sed tanquã vestras, et vt membra ad suum corpus in pignus meæ obseruantiæ

offerrem. Non tamen ausus essem hanc meam rudem deferre laudum messem, quamquàm non me fallat etiam ab Atheniensibus iussum esse Soli, & Mercurio stoculorum, & fructuũ primitias, & quandoquidem solam offerendam esse Cicadam, cũ Dij non rei oblatæ pretium, sed offerentis animum spectent: nisi vos agri cultam Stockari benegestis fertilitatem gloriosè essent admiraturi. Deniq; qualis horum meorum sit laborum exiguitas non nisi vestrum postulabat patrocinium, ni rigidiori vapularet censura, vel ad famæ naufragantis allisa scopulos sua euanesceret paruitate: profectura vtiq; per ora hominum bonis sit alitibus, vbi sub omine nominis vestri volare meruerit. Valete clarissima Heluetiæ lumina.

Locarni Die 22. Aprilis M.DC.XXXXX.

AVCTORI

sequens epigrama

dicat

P. IOANNES DE THOMA
Locarnensis.

FLores Flora parit, gratis spirantibus auris,
Splendor splendorem, gloria pandit ea.
Quæ pandis scriptis, illis ditissimus ibis
Quæ pandis fama fulgidus illa metes
Ampla Patroni. Sic tentabis magna triumphis,
Inuida cum frangas fortia tela tua.
Ergo, stemmata dum tractas, tibi confere laudes.
Stare tibi magnos, ingenioq; viros
Non fugit extremò, quorum præconia cantas.
Plausibus hic' plaudo corde fatente meo.

ORATIO PANEGYRICA

Excitat auditor ſtudium, laudataq; virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

Ouid. 3. de Pont.

MIRANDVM potius quam immitandum faſtoſum in oratoria œconomia apparatus aſpectum, *Patres conſcripti*, qui fucoſis orationē coloribus delinitam, ampliori liberalitatis ſinu & fœcundiori gratiarum vbere fluentem, varijs micantium ſtratam floſculorū ſpeciebus producat in medium; Suadae Alumnorum nonnulli ſummoperè oſtentant. Iſtorum enim oratio blando, & inani præferens in publicum apparatu nō ad aliud audientium enutrit animos quàm vt, prurientibus ſibi auribus hilari, & hianti mentis oculo, illud eius faſtoſum corpus fuci, & omni meritricij ſtructura cumptum luxuriosè intueantur. Indè animi verborum prægnantium grauitate, & ſententiarum ſubtilitate deluſi in capite primo vbi delicatioris apparatus exitantur veneres, comam per imbecilles rerum humeros inundantem verborum calamiſtris inuſtam, ſpiſſis troporum gemmis tanquam ſintillantibus punctatam ſtellulis, & ad impudicam periodorum faciem pari ſerie diſpoſitam tantummodo admirantur. Reliquæ etiam corporis partes non minori capitis illicibus referente ſymmetria expollitæ, cum niſi colorum luxuriem, aurum blandimenta, & ſenſus lenocinia ad verborum pompam contineant; infenſum audientibus adunant illecebrarum fomentum: quod non caſtæ rei veritatem, non exemplarem animi eruditionem, non tutam affectus pariat honeſtatem; ſed intra fucorum tantam, & pigmentorum vanitatem adinſtar amoris, qui ludibundus per viridariorum delicias ad fallendos homines laqueos contexit; titillationē agro inculto ſteriliorem, nebula perflante Borea velociorem, floſculo calore æſtuante languidiorē, vitroq; ſaxis illiſo fragiliorem in appetitu diffundat. Iſti quo mentis iudicio hoc lepidum foueant dicendi genus, & quo gloriæ ſtudio his inhęreant mapalijs, Paridis ſententiam iactantibus eſt diſcutiendum. Dicam tamē ſi mihi vnquam florida oratorij apparatus amœnitas viſa fuit refellenda, & veluti ornamentū vanitatis exuendū nunc meritò accedit; ſe ſe offert occaſio; non ſolum vt manem ſenſus luxuriem, fucoſum verborum colorem, & moroſum ſuperabundantiæ fluxum reiciam, verum ne in ſuſpectum potius de mea quàm re aliena tractaturus adducar. Nam cum in

ne-

negotium mihi sumptum tot rerum varietates, & factorum confluant testimonia; vt nec verborum abundantia, cum præueniatur à conceptibus, nec coloris delinitio, cum omni virtutis sapore superetur, nec dicendi applausus, cum applaudi non possit amplius, vllo modo sint adhibēda. Immo vero (quod magis choibet) cum sim verba dicturus ad illam duodecim collustratam syderibus coronam, quæ omnium scientiarum splendore radiata tanquam totius experientiæ prototypum ex singulis rerum pub. Heluetiæ ad syndici prouinciam s. electum, me non rei veritatis castitati, sed inanis scientiæ meæ ostentationi confidere optimè iudicabit. Ideo ne rei magnitudine, de qua hodierna die mihi castè est discurendum, abutar nempe de fælici præfectura Io. Iacobi Stockari hoc biennio præterito habita Locarni; induta nativo puræ veritatis habitu oratio mea comparebit. Vtiq; callis se se liber, & expeditus ostendit ad metam; vobis sine molestia, vt arbitror, ad voluptatem. Siquidem vias omnes laudum, quæ huic nostro certatim aduenerunt Prætori, persequi vellem mea sanè veluti flumen in varios deductum riuulos incerta vagaretur oratio. Eloquentiæ professores tanquam ex præcepto in limine alicuius commendandi pro loci excellentia, ex quo hac luce fruiturus venerit, pro dignitate maiorum, quæ eum afficit respiciendum, pro familiæ, & parentum nobilitate, ex qua fælicem signis, & prodigijs annuentibus ortum habuerit, solent elaborare. Mihi autem non elaborandum, cum aut œstrum inter dulcissimas caneret oratorum aues, quæ licet non deffecerunt, tamen in tanta encomiorum vastitate nō suffecerūt: aut soli esset addere lucem: aut ne ex fama præsentis nostri Prætoris huc peruenire non dedignata, quam ex egregijs in tot alijs prouincijs maximā terrarum orbis partem complectentibus consequutus est factis; singulares ipsius animi dotes conijcere videar. Vnde his omnibus occludendo aures non aliundè quàm ab ipsius benegestis hoc biennio in hoc abdito mundi recessu ab omnibus vnisona voce proclamatis laudes assumi censebunt. Ne quis attamen inuidiosè gaudeat, quod propalandum fuisset, tacuisse, tantisper innuam, in quo ipsius familia semper floruit, quantum ipse gloriosè sit enixus. Aduc trita per ora hominum volutatur quæstio, primæ sint virtuti ne, an nobilitati deferendæ. Nonnulli totis lacertis nobilitatis defendūt partes, eam potissimum sic definientes. Nobilitas est animi patrimonium, virtutum possessio, glorię hereditas, sibiq; certissimè perluadent nobilitatis decus virtutem splendore antecellere, ac nobilitati quasi pedissequam inservire virtutem. Enituntur alij virtutis primatum acriter sustinere; hanc dicunt longè à nobilitate illustrem, & sinè virtute, cum hæc illi non secus, ac lunæ sol splendorem suum impertiatur, nobilitatem vix esse commendabilem. Hæc, ni fallor, adhuc sub Iudice pendet indecisa quæstio, vel si fortè fauorabilis lata fuit alterutri parti sententia, interpositæ appellationis vigore, suspenditur. Quæ, cum ita sint, dum sentiunt inixi magnanimitati viri

virtu-

viri iustū ex solius nobilitatis aut virtutis splendore decus nō conflare indefessi labori non parcunt, vt radijs vtriusq; simul iunctæ acquisitis, vniuersum terrarum orbem illustrent. Gaude Heluetia, quæ huiusmodi virorum extitisti semper fœcundissima parens. Lætetur Stockariana progenies quæ tales inquacunq; ætate genuit Heroes, qui indissolubili nobilitatis, & virtutis vinculo gloriam sibi ipsis perennem probis æmulationem, inuidiam improbis pepererunt. Sed quod in multis clarissimis luctuosum est familijs, & hisce deplorandū temporibus, quæ pristino splendore amisso, spoliatæ fulgentissimis antenatorum radijs, luce virtutis penitus extincta, quasi in tenebris (ò mirū ne dicam miseriam) sepultæ videntur; id præcipuè in stirpe tàm celebri est admirabile, & admirandum, quæ lucem ab antiquo acquisitam tempore per tot sæcula, & ætates, per tot temporum angustias, superatis calamitatibus, reclamante fortuna non conseruauit modo, verum etiam fœliciſſimè adauxit. Adauxit quidem noster Prætor Io. Iacobus Stockarus, dum in bienni præfectura Locarnensi per tot virtutum semitas indefesso gradu incessit, vt magnus prudentia, incorruptus iustitia, seuerus fidelitate, purus sinceritate, inflexibilis constantia, excelsus magnanimitate, inaccessibilis generositate, accuratus integritate, profusus liberalitate, constans sobrietate, verus in amicitia, abstinentiæ innatus, elæmosinę studiosus, & mutua ex his virtutibus cognationis relatione, semper extiterit. Quanta fuerit ipsius iustitiæ æquitas (vt ab illo fonte incipiam, quo à prima fronte circumspecto, cæterarū virtutū riuulos planè deduci conijcietur) tanta ad eam mihi significandā verè esset ratio silendi, cum per totam harum regionum vallē, per omnes huius imperij oras, voces pauperum, pupillorum viduarum resonantes in attestando non modo me dicentem superantes sed & laureę Appollinis gloriosè candidatos, audiātur. Resonant enim non minus pro ipsis iudicem, quam in accusationibus aduocatum, in calumnijs defensorem, in oppressionibus subleuamen, in indigentijs consultorem inceſſanter se gessisse. Proclamant & vnisona voce proclamabunt, inuitis istis temporibus, egenorū causas cū mora non contēpsisse, vt diuitum causam cum instantia proueheret; nec illis rigorem

ostendisse, vt in istis ex manluetudine dispensaret: nec illos negligenter audiuisse vt istos subtiliter auscultaret. Quod hęc partes essent Io. Iacobi Stockari; quos hæc tempora fouent: quos auri pundus fulcit, vt lancis æquitatē sibi flectant: quos nisi sensus blandimenta iuuant, vt rationem improbrent; in eam abrepti fuerunt admirationem, vt ex iustitia viderent omnia pendere, & lucē aspicere faterentur, qui de tenebris esset iudicaturus. Qui autē testimonio bonæ Iudicis cōscientię cōfidunt, tāta afficiebantur admiratione, quanta hos afficere potest, *solum sapientem esse diuitem*. Non dum Io. Iacobi istis suam totius oris, & corporis conformationem, grauem incessum, gestum in fractum, & quemdam libratum prudenter sermonē magnæ mentis interprętem ostenderat, vt responsum ab Oraculo redditū opulentissimo Crœso sibi ardenti affectu proposuisse vnanimiter affirmarent. Hic enim Lydorū Rex missis Delphis, vt ex Appolline scisitarentur non quemadmodum antea quid sibi præstandum ad procreandos à se liberos, aut ad bellū contra Persas suscipiendum, sed rerū omnium multò maximā, vt nempè in fluctuātis Regis statu tranquillum duceret vitæ suæ lignum; non si fluentem militibus aleret exercitum: non si terminos sui imperij longè latèq; proferret; at si se ipsum cognosceret, accepit. Verum quis aliter affirmandum iudicasset in nostro præsenti Aristide? Non paruam bono alieno merētis dedisset notam, siquis, in sui ipsius insciția directionis tolli oculum, & in proprij animi regimine totam regionum consistere admirationem: membra capiti per libratam passionum equitatem fęliciter inseruire, lactantisq; moribus nutricis liberos imbui eum fallere, sibi persuasisset. Non latet quàm plures cum Medea videre, & probare meliora, deteriora vero sequi: & nonnullos, etsi, antequam regendę Astreę subderentur prouincię, vt Heraclij imperandi fugarent ambitionem, publica rerum à M. Scipione administratio deposita studiosè prœoculis mentis obuersata fuerit: etsi, vt Pilati, & Tomistoclis deicerent timorem, animi Phocionis, & Turbinis inesset constantia: & nē Commodi Imperatoris auaritia illaquerentur, Neruę liberalitas innataret, aulicis procellis tranquillum agitantibus animum; infaustum subijsse naufragium. Noster tamen Atleta Seleuci pusillanimi-

nimitate correptus sic sustinendam huius oppidi, aut potius prouinciæ præfecturam intrepidè est aggressus, vt nec mentis rectitudinem sensus illices flectere, nec inanis gloriæ delicia voluntatis propositum mutare, nec adulantium tascinationes moderationem polluere, nec fucatæ amicorum blanditiæ diligentiam in prouidendo retardare, nec auri sacra fames iustitiæ æquitatem cogere, nec suum opulentorum munerum confluentia statum inflare, nec inuidorum tinneæ valorem in operando detrahere, nec vnquam temerarij sinceritatem in consilijs, morosi in cõsortijs grauitatem, delinquentes in reprehensionibus modestiam, denij in præceptis singularem inficere prudentiam, nec vltimò crudeli odio affecti in reis puniendis procliuitatem potius in misericordiam quàm iustitiam detinere potuerunt. Non immeritò innui Locarnensem non solius oppidi, sed prouinciæ exstare præfecturam; nam non solũ quia (P.C.) vestrũ ad omnia natum dempto vitio iudicium semper creauit prætores ex morum probitate, & ætate, vt, antiquorum more, regalem præseferrent maiestatem: neq; ægestate premerentur, cum verendum visum fuerit, ne iudicum exhaustorũ animus libentius munerum quàm argumentorũ ponderibus occupetur; verum etiam, cum in hunc Locarni ambitum tot cõfluant dissceptationes, tot litium nouitates, tot rationum subtilitates, reconditæ allegationes, controuersarũ cauillationes, & solicitantium vigilantiæ, vt semper aut Parni disceptetur scaphula, aut Patione calumniiores detegãtur, aut vltra Hyperbolum plures litium appetentes se se ostentent, aut plurimi occurrant Eurymnum immitantes, qui dissidium in Castorem, & Pollucem alterũ apud alterum insimulantes ferere coguntur: aut aliquos Etehocles, & Polynices fratres mutuo liuore se gerere nõ pudeat. Deniq; vt domi, foris pernoctãdo, rusticando, deambulando, comesando, stupendibus huc accedentibus, omnes humani discursus solum in disceptationes dirigantur. Inde non solius Præfecti fortitudo, iustitia, seueritas, magnanimitas, liberalitas, & vt vno complectar verbo, frugalitas, sed frequentem quidq; id decet senatum, postuletur. Præfectus vero Stockarus ordinis ampliſſimi complectens dotes, vt nunc litium Hydræ lerneæ (ab ipso sepè prolato vtor adagio) conuincet, herculeos

ipsos adhibuit conatus. Quales autem erant ? an ne quædã morũ arriditas vt ipsi aduentare clientium animi horesc̃rent ? vel anaritiæ nota vt parti superiori indeciso iure, cederet inferior ? vel elatione animi vt litibus astricti contemni suspicarentur? vel tale viuendi delicium, vt omnes fastidiri putarent ? Hoc ne in vestrũ alicuius mentem irrepat, nam *bonum ex integra causa malum ex singulis defectibus*; quamquàm fine, talibus adhibitis medijs, esset potitus, nullo quidem obstante, defeciisset; vt igitur fẹlicem, ex integris finem obtineret causis, mediorum defectus accuratissimè abdixit. Quocirca vobis ad exprimendos quos ipse enixè ad hoc tentauit nisus, inuoco, quam antiquorum tempora gloriosè sunt admirata, eloquentiæ virtutem; ego in Appolline pelegrinus tanti oficij sum ignarus. Accedat igitur Lysiæ, & Hyperidis inuẽtionis acumen, Xenophontis apparatus excellentia, Ciceronis eloquentiæ prosopopeia, Crassi verborũ grauitas, Assirij ornamenti cultura, Isocratis conceptuum amænitas, & Platonis dulce ampliandi decorum; vt veluti de Heluetiæ partu, vestrum hiante corde, lætitia ipso gloriante, & quàm Locarno iubilante, graphicè repræsentent singularem tanti Iudicis in promendis sententijs solertiam, ne amplius in difficultatum scopulos incideretur: accuratam in asistendo diligentiã, ne calcante anaritia aut odio stimulante à procuratoribus lites in longum protraherentur: hilarẽ in audiendis partibus expeditionem, ne horas inaniter conterere præsumerent: summum in conciliandis animis studium, ne, iubẽte iustitia, vter nimis opprimeretur: practicam statutorum intelligentiam, ne controuersantes in fauorem tanquam funibus detorquerent aut metaphysicè adhiberent: in confessu sui ipsius maiestatem, ne in forum de re inconsiderata aduentaretur: vltimò vt illam delineant incorruptibilitatis acclamationem, quam in talem direxit scopum, vt, ne (quod rarũ) subditorũ menti se respicere non causarum, sed personarum merita, non iura sed munera, nõ quod ratio dictat, sed quod voluntas affectet, non quod mens sentiat, sed quod cupiat, non quod liceat, sed quod lubeat aliqualis irreperet suspicio. Ideo animi egregij omnes conc[illegible] in tanti Artificis magisterio nemo esset ausus aliquam calliditate præuaricari. Iam verò virtuti Io. Iacobi quæ

potest

potest par eloquentiæ fons inueniri? Quid est quod quisquam aut dignum illo, aut vobis nouum, aut cuiquam inauditum possit afferre? Non enim illę sunt solæ virtutis prætoriæ quæ vulgo æstimantur æquitas in iudicando, constantia in dicendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo, mansuetudo in auscultãdo, & innocentia in respiciendo, quæ tanta fuerunt in hoc vno quanta (vt mea postulat memoria) in omnibus prætoribus, quos aut vidimus, ut audiuimus, fuerunt. Tria iudices potissimum commendare, & nomini paterni fama plurimum illustrare solent, communis tranquillitas, auri contemptus inpauperes pietas, quæ quidem populorum administrandorum adeo cõhonestant præfectos, vt si quid eorum iudicemus defuisse, dissidij, auaritiæ, aut impietatis notam non subterfugisse videantur. Ad hæc noster Præfectus summo studio, summa aspirauit industria: & in hac tanta præfecturę Locarnensis administratione quidquid fas fuisset optare, magnificè est consecutus. Quid optabilius pace? Quis potest vita esse vitali, qui dulciter in mutua non conquiescat tranquillitate? Quid tam iucundius quàm quod non minus à ratione fretis, quàm à carentibus expetis, & veluti tuta fœlicitatis meta suspici videtur? Quid tam populare quàm otium ita gratum, & suaue, vt & nos, & ataui nostri, & quisque præstantibus flagrans operibus magnos suscipiẽdos annuat labores, vt aliquando huius armoniæ delinitus dulcedine cũ suis lætanter vitam deducat. Hac dominante, vbi meliori liberalitatis sinu, & fœcundiori gratiarum vbere tanta reperiri potest amænitas? Vbi copiosiori camporum messe maius deliciarum Tempe acquiritur? Vbi suauioribus mortalium fructibus ad capiendam voluptatum dulcedinem paratus est situs? Vbi, inquam, fœlicioris populi cursu ad vitam commodè propagandam maior annonæ consurgit abundantia? Hæc enim secundas maiori circumducit splendore; res aduersas rapit leuiores: curis solatium præbet: delectat domi: non impedit foris: hæc si adolescetiam alit: virtuti cõgruenter viuit: hæc nobilcũ pernoctat, perigrinatur, rusticatur: quoquò te vertis pręstò est, nec vnde excluditur: pace absentes adsunt: egentes abundat: imbecilles valent, & omnia fluunt ad nutum voluntatis. Quis esset in prosperis

speris fructus, ni haberes, qui illis æquè actu lætaretur? Aduersa verò quis ferret sine ijs, qui te molestius ea ferrent. Pax animos debilitari, aut cadere non patitur. Cæteræ, quæ ab hominibus optari possunt, res sunt opportunæ: facultates rebus ferè singulis, vt vtantur: opes, vt colantur: dignitates, vt collaudentur: oblectationes, vt congaudeant: corporis valetudo, vt dolore careant; sed, amabili pacis ope relegata, nullus est in diuitijs fructus, nullus honor in opibus, in dignitate nulla laus: voluptates non recreant, nec corporis tuta est valetudo. Quod si minus percipitur quantum boni vigeat in concordia ex dissensionibus intelligatur. Quæ Ciuitas tam firma, quæ domus tam stabilis, quam odia funditus non euertant? Si ex communi hominum societate pax exulet, non modo fortissimi arcium parietes, sed nec agri cultus remanebunt: omnia, quæ in hac vastissima constant mole, ea coutrahit cõcordia: dissipat discordia. Hinc nostri Rectoris exitus quàm fortunatissimos quisque agnoscat. Siquidem eius discretione virtutũ auriga est effectum, quæ omnibus bonis pax iam pridem optabilis erat, hoc biennio in Locarni ambitu semper floruerit, semperq; sit dominata. Hic enim, cum extet populus complectens magnitudinem, quam quod possit complecti, nullum est ex oppidis stantibus ad situm verbani; tum triplici confletur legione Nobilium, Burgiensium, Terrerorum, quarumunaquæq; qui vtrius nulli cedentes complectantur ordines. exactè constituit magistratus; cuius ergo odia, iurgia, dissidia, contentiones facilimè oriri prorsus est credendum. Attamen Io. Iacobus, sublatis quasi per cuniculos his difficultatum præcipitijs, non terrore, sed amore, non molestia, sed grauitate, non auaritia, sed iustitia, non elatione, sed mansuetudine, non pœnis, sed præmijs Communem in oppidum reuocauit tranquillitatem: in has tentauit valles: maiorum reconciliauit animos: paccatas iussit familias: in communitate, qui publico fungerentur munere, inter se voluit esse coniunctissimos. Accedo nunc ad illud quod propalare, vt videar suspectus maximè timeo; nam *auri sacra fames quid non mortalia pectora cogit* Non ne *á minore vsq; ad maiorem studet auaritiæ*? Non ne *studium pecuniæ est vnum ex desideriis præter naturam*, si credimus Aristoteli? Non ne *hæc est liber communissimus ab omni*

ni ætate, sexu, gradu familiarissimè circumuolutus. Non ne huic omnes vel maximè hisce deplorandis temporibus, quemmadmodum Romani Dictatori cuiusuis magistratus subijciebãt pompã, vota anxio animo offerre conantur. Et quid dicendum, quorum arbitrio fortuna fastigium dedit imperij? Quorum potentia, & voluntas sunt simul cognitione, natura, & tempore, correlatiua? Quorum regia esset empireum, & ipsi vt numina adoranda, ni humanitas tributum, qua pares sumus, mortalitatis dedisset? Hi enim studij velamine in bonum publicum conferendi, captiuatis subditorum animis, in eorum annonis gloriosè tripudiant: illud Iani bifrons ostentant caput; ante vident, & à tergo sui appetitus lapsum minimè conscribi; illectis populorum sensibus ad labilis dulcedinis superficiem; isti summæ vtilitatis acquirunt profunditatem: illis ad fucatæ delectationis deductis circumferentiam; isti in salubris persistunt iuuaminis centro; illis ad simplicem nutuum directionem motis; isti occultæ artis congaudent vbertate. Si vlterius in tali munere aliena trutinandi admiremur; transeo siqui affectus ad se referentes, trutinare emtantur; difficilimum vero ad alios referentes, nempè ad illum Cæsarem, cuius gratia destitutus fuisset Pilatus, ni nocenter innocentem iudicasset; ad Venerem, cuius delicijs miserimus stetisset Paridis ni in iudicio Palladem, & Iunonem despexisset; hos inquam cohibere affectus iam tandem omnium ferè mortalium superat fidem, D. Basilio attestante, *quæ in tenebris actæ pollent, in luce cæcuciunt*. Satis sit in hoc tantum meam prolibasse orationem, ne infitiam duodecim Elitorpia, quæ semper viderũt in nebula solẽ, & vos vt talia Io. Iacobũ recto tramite immitatum, non spurium sed legitimum fuisse genij vestri partum animo iubilante, iudicabitis. Nulla in huius populi mentem irrepsit opinio, quę in operibus à tali Heroe aggressis, aut communi, aut singulari vtilitati fauentibus ab omni auaritiæ labe abditum semper habuisse animum non fateatur: Nulla fuit ad huius oppidi indigentias sui ipsius applicatio, in quã studiosa liberalitas splendidissimè non eluceret: Nulla in eo cognita fuit habitudo ad illos, qui sub titulo, aut gratitudinis referendæ aut honoris conferendi, aut laboris cõpensandi, vt suæ honestatis

tis apud eum viderentur ſtudioſi, apta inſinuebant media, quibus munera exigendi à Communitate debitæ occaſiones enaſcerentur. Non tantum hoc auaritię dulci non infectus veneno extortam in conſeſu prętorio aut alibi protulit ſententiam; ſed etiam multoties illum ſecutus fuit Mycerinum memoria dignum Cleopis filium Aegyptiorũ Regẽ, qui ſiquis apud eum conquerebatur de re aliqua furto ſibi ſublata, ſua ipſe pecunia, iacturam conquerentis, & iniuriam reſarciebat. Quoties, me teſte, ſiquis aliquale ægreferebat iudicium dulci ſolabatur admonitione ad patienter ſuſtinendam iuſtè in eum collapſam licet cõtrariam ſententiam, ſecus ipſe de proprio numiſmate ſatisfeciſſet? Quoties, inquam, ſiquis ante latam ſententiam, inuita iuſtitia, munera prætuliſſet, vt puniretur declarauit? Et quoties, ni craſſa quorumdam præferentium ignauia impeditus hoc præſtitiſſet? Poterant quidem, & Cæſaris potentiæ, & Veneris delicia eum aduentare. At quid inde? Amicus Plato, amicus Cato, ſed ipſi magis fuit amica veritas. Quantus hic valor, vt vilitas auri prægnoſceretur in noſtro Prætore factitarit, laſſas erigentes mihi benignè aures percurrenti otioſo eius pietatem in pauperes, melius dignoſcent. Nunquam, multis poſt annis, oppidanos, & harum vallum incolas de numorum penuria, ſegetum miſeria, & alimoniorum anguſtia tantum conqueri, quantum hoc bienni ſpatio auditum fuit. Iam fremebat truculentius ad initiũ huius biennij Gallorum terror in ſtatu Mediolanenſi, cuius, tot temporibus poſt inaniter tranſactis, vt aliquando potiri poſſent, virium extrematum periculum fecerunt. Quocirca innumeris circumuallatum militum copijs caſtrum Cremonæ Vrbis inclytæ, quæ propter ſummam omnium terræ fructuum copiam à qua Mediolani incolæ maximum ſemper ſenſiſſe emolumentum fatentur, cum etiam ad exitandam, aut ad muſarum delicias, aut ad bellicas laudes iuuẽtutẽ fuerit ſtudioſa: tùm ciues virtute, nobilitate, fortitudine inſignes intuendo Regis Hiſpanienſis honorem, & in oppugnandis oſtilibus incurſionibus ſemper æqualis perſtiterint conſenſus; Mediolani Principi nunquam non fuit laudabilis. Etenim in tali tantæ arcis obſeſſione per omnes militares artes (licet inuanum) tentata, ne, eadem Ciuitate amiſſa,

circa

circa totius ſtatus corpus Mediolanum incontinenter eſſet præ-
ſtandum, maximè dubitabatur. Ideo, dum hoc periclitari
innuebatur, Principem decreuiſſe grana ſuo ſtatu minimè ex-
portari caſtra ob munienda, vox huc venerat: atque in tali
poſt liberatam obſſeſſione Ciuitatem etiam durante inter-
dicto, ſubſequta agrorum ſterilitate, minorique vini copia;
quis non ſenſiſſet in hac coniectura venalitios, vt, ſpectato
futuro, ſibi prouiderent, harum, & exterarum regionum
nūmos, & rerum frumentarum occultaſſe mercaturas? Inde
quanta hæ præmerentur calamitate regiones, quæ ferè omnes
alienis nutriuntur granis, planè conijci poteſt. Quare quid
caperet mens veſtra? quo animo in illa pauperum miſerima
condicione Prætor Stockarus ſe gerere potuiſſet? An ne aut
otiatum eſſe aut conniuiſſe, aut neglexiſſe videbitur? An ne
auaritiæ nota; aut lucri cupiditate, aut egentium angaria
ſolummodò operatum eſſe iudicabitis? Teſtis eſt totum Op-
pidum quantum aquilino ſuo lumine præuiderit, & ſumma in-
duſtria tantæ miſeriæ prouiderit: Teſtis eſt noſtra Germania,
vt è Cantonis zea deferretur, quantum laboriosè ſolicitarit:
Teſtis ſunt exteri mercatores quibus quantum impoſitum fuerit,
ne, antequam noſtratis ſatisfactum eſſet, vt abondantius eme-
retur, aliquos Magadino exportare modios auderent. Dein-
de plurimas proprio numiſmate curauit ſarcinas caſtrum ad-
ducendas, vt melius quidem omnium indigentiæ, verum vt
inprimis delapſis ſuecurreret familijs nobili ſanguine condeco-
ratis, quas non ſolum hoſtiatim victitare, verum, & aliquid
quærere mutuum maximo aſpergi rubore intuebatur. Atq;
audite quæſo (ò magni rectoris prudentia, quale pietate re-
fertum in impartienda tali Zea adhibuit ſtudium. Non omni-
bus, nec quantæ illis cupiditas inheſiſſet præſenti quamquam
pecunia, aut alia re commutabili, concedebat, ſed tantum
paupertate oppreſſis offerebat, & quantum ferebat ſinguli onus
illud calamitatis, ſemper dubius, ne aliqui non paupertatis,

sed lucri gratia monopolium formarent. Quanto magis fatendum se pijssimum pauperibus hostiatim victitantibus ostentasse? Hi enim nunquam quoties ab eo petita fuit elemosina non affirmabunt quem fuisse repulsum.; etsi vndelibet repulsi fuissent satis eis fuisset, vt illum diem corpus nutrirent, semel in castro acceptasse elemosinam. Semper est visa singulis sed præcipuè solis diebus pauperum turba castrum circumstantium se esse refocillendos sperantium tanquam ab illo Tito Cæsare summè beneficq, qui super cænam, cum nihil cuiquam toto die præstitisse recordatus esset, memorabilem illam meritoque laudandam edidit vocem, Amici, diem perdidi. Is nihil vnquam petentibus negauit, & vt quæ vellent, peterent, vlterius continuò est adhortatus. Procedatur amplius. Tot conuocatis pro communi bono consilijs à consiliarijs tanquam amatissimum ab eo accepturi consultum hortatus interfuit, vbi vniuersis ægestatibus sua offerre vota, priuatis suffragari miserijs, & in pauperum tutelam maximè proclyuis, loquente corde, in deliberando mirificè fuit obseruatus. Non latet quantum ponderis populorum rectori sit sobriam, & ordinatam ducere vitam, at magis magisque vt pauperum causæ dilucidè dignoscantur.; hæc enim semitas dictat naturæ, mentis discutit caliginem, sensus aperit rationis, nobilitate, elegantia afficit animum, & suis functionibus distinctè conuenustat actiones. Stockarus Rector huius oræ felix admonitus illo pro. 3. *Noli regibus ò Samuel, dare vinum, quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas, & ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis*; non solum aliquando se vino obrutum videri, aut ex vini copia, elatis ad cerebrum exalationibus., ingenij aciem obtundi: aut feruente vino, in obscenas incidisse passus est ineptias; sed conatu studiosiori pauperes controuersantes, vt penitus considerent de sua, quam omnes admirati sunt frugalitate, idest temperantia, &

mode-

modestia certiores effecit. Verum tametsi obtrectantes in ambitionem, & aliorum contemptum illam suâ deferrent grauitatem, quam, qui præsunt, inesse debere illud Oraculum. D. Augustini attestatur; *Dum nimia fruatur humilitas regendi frangitur autoritas*. Attamen ita faciles ad eum pauperum aditus, ita liberę fuerunt querimoniæ de aliorum iniurijs, vt is, qui dignitate prętoribus excellere habebatur, facilitate par infimis esse videretur. Non tamen nobilibus, & magnatis tantum pauperum Asylum, & magnificentia, & munificentia defectum, vnquam castrum aula: prætoria magnificentiori ditatum suppellectili visū fuit. Hoc hinc indè tapetis, trapeziphoris, delphicis, subsellijs, peluibus, aquiminarijs, trullis, capsis, culcitris, escarijs, potarijsq; argenteis, & ad ingenuum animum in Eutrepeliæ virtute recreandum instrumentis a ipso solo fuit ornatum. Nullus erat ex eqestri ordine, qui suos principali sessore dignos non delectaretur visere equos generosam fortitus indolem, hilarem, intrepidam agilemq; aspectum, fossam sine contactione transilientes, gregem procurentes: & non tantum animi verum, & illas dotes corporis preferentes, quæ à perito Equisone, qui diligentissimè vt assisteret, semper curauit, possunt inquiri. Nulla tamen tranquilliori mora pascebantur nobilium animi, quàm suo dulci frui comitatu morum comitate referto. Videbant enim ab eodem omnes vrbanitatis lepores, omnes gratiarum veneres, omnia excelsi animi pigmenta emanare. Emanabat quidem tm grauitas cum humilitate quàm humilitas cum grauitate: tam modestia cum alacritate, quàm alacritas cum modestia: tàm affabilitas cum sinceritate quàm sinceritas cum affabilitate: tàm tuta fides cum benevolentia quàm benevolentia cum tuta fide: tam reuerentia cum iubilo quàm iubilum cum reuerentia: tàm obseruantia in accipiendis, quàm promtitudo in honoribus conferendis: tam venustas in superiorum amplexibus, quàm aptitudo in interioribus expeditionibus: tàm in

æqualium confidentijs taciturnitas, quàm in ſubditorum conſortio temperata dicacitas; tam in benè merendo liberalitas, quàm gratitudo in beneméritis de ipſo: tam placida in morum aſperitate tolerantia, quàm completa omnibus perſonarum genijs ſatisfactio. Quare à tali, & tanta ingenuarum dotum tripode non demigrabatur, quin virtute affecti ex merito, animo excelſi ex admiratione, docti ex erudicione, inferiores ex reuerentia, & ipſimet liuido maculati veneno ex dolore ſua conferre, vota blandè illicerentur. Illect his omnibus quidem Locarni Illuſtres non tameu defuit, quin etiam ſuæ familiæ mirabili ordine contentæ ſplendore ad vtilitatem fruerentur. Emicuit virili virtute ſemper lucefcente iu Stockariana familia hic commoranti Illuſtriſſima Vrſula Peyera tanti viri digna matrona. Hæc enim abdicata feminei luxus mollitie mollem animum indicanti, inuiſo omni fucoſo deliciarum apparatu virtutum apparatum conturbanti, & omnibus voluptatum lenocinis ſpretis non tantum eſt operata, quantum talis Rectoris Coniugem exemplarem ducere vitam, importaret; ſed rara viuendi ratione, liberi cordis candore, optimo morum temperamento, & ea cura, qua in Prætorio Clotho, Lacheſis, & Attropos ſuo fungerentur munere; qui mentis conceptus, qui ſplendor inclytæ familiæ Peyeræ, quæ operum ſpectacula, quæ ſanguinis nobilitas, qui maiores eſſent labores omnibus, & ſingulis facilimè dictauit. Ad horum parentum ſplendorem acceſſerunt tanquam emanantes radij dotes filiorum qui (præcipuè filia nouum tantum agens annum, dum in muſices, & prima ſcripturæ elementa formandi arte, de illa Orpheo, de iſta Cadmo comprobante, hoc breui biennij ſpatio adeo profecit, vt non omnes teneant eamdem antea non didiciſſe cum diligenti Pedagogo morum probitate, & humanarum litterarum ſcientia freto ſubeſſent; tum maximè ex hereditario virtutis ſpecimine ſe honoris, & gaudij futuros

ros esse parentibus spem aluerunt. Absit etiam tam studiosum boni publici moderatorem, an Aulici fide approbati, & vigilantiæ dediti essent, ostitasse; immo de valore conscius, dignum propria mensa semper fecit Lictorum tribunum; cuius munus de xteritate exercitum nemo est Locarnensium, qui non æqui, boniq; faceret. Video, gratissimè Prætor, te annuere à me ouante tuam nimis pati modestiam: cessabo: non fallit me strepentem videri Cicadam; insurgent tamen tot Olores tuæ florentis præsentiæ discessum suauiter canentes: credas vero flebili cantu. Omnes enim Musæ, & omnes palladij pulueris Palestritæ mærebunt, dum non amplius scientiæ tuæ latices haurient ad mentis pastum, & satietatem: Nobilium cætus euanescent, dum tuæ dignitatis meridiem transijsse videbunt; omnes Magistratuum ordines manebunt auij, dum ducem recti tramitis euolasse comperient; & ad harum gentium aspectum aduentabunt caliginum recessus, dum de radijs sui luminis extintis conqueri possunt. Iam vero in quos luctus erumpet communis pauperum solicitudo? quas pro tanta taliq; iactura sustentatæ miserorum familiæ fundent lacrimas, lacrimarum inquam, quos fundent imbres? Heu certò scias hos non more, sed mærore, non honoris fastu, sed pietatis affectu, non subditorum obseruantia, sed condolentium obsequio, non triumphanti, sed querula voce parentaturos esse, dum in naufraganti statu ignorabunt portum, ad quem, vt famem cibarent, sitim extinguerẽt, nuditatem induerent, & oppressione leuarentur, commiseratione acciperentur, perpessione detinerentur, te duce, accedebant. Tum deniq; ò quàm fœdus ad luctum compositus esset harum regionum aspectus: ò quàm molestè ferenda populo Locarnensi hæc esset præfecturæ migratio: immo quàm primum ipsa Pallas, Astræa, Nemesis, Ceres, tresq; Charites comparere in questus solutæ gemitus edentes, nulla indutæ veste, non crispato capite, sed soluts capillis, non ornate

natę amictuum concinnitate, sed totæ ad mærorem conflatæ suum Procum, suum Procerem deplorantes viderentur; ni à tot Dijs contractæ noui nostri Prætoris cognationi omnes confiderent, quam ad nostram pristinam reuiuiscere fælicitatem iam fatebatur de ipsius animi sensibus fama, quæ, vt primùm in eum cecidit electio futuræ regendæ præfecturæ, ad nos pręcurrit. De quo nemo est qui dubitet, dum Illustrissimi Ioannis Bràm huius sapientissimi ordinis Præsidis tanquam de patrio ad patricias virtutes emulatore venerabilis accessit affirmatio. Quæ cum ita sint, dum Io Iacobus Sehonàu tuus non inæqualium virtutum affinis in hoc prætorio certandum sibi parat; Tu pete ò Stockare, vt melius voceris ò Care ad patrios tuos Lares, ad parentum triumphantium gaudia, ad amicorum occurrentium amplexus, ad coniubilantium ciuium aspectum, & ad tuorum congratulantium Coripheorum honores, qui non vt prędia, cum *ipsa virtus sit sibimet pulcherrima merces,* & vt *vmbra corpus comitentur eam;* sed, & hoc prędenti comprobante Senatu, ad auspicium celebrabuntur te breui cõsequturũ vlterius quantũ ego

Dixi.

FINIS PRIMAE PARTIS.

PARS SECVNDA
TRIVMPHI AVGVSTI
PRÆTORIÆ MAIESTATIS
POETICIS PLECTRIS
HONORIS INCREMENTIS
IO. IACOBI STOCKARI
LOCARNI
PRÆTORIS OPTIMI
IN AVLA PRÆTORIA
CORAM
ILL.^S HELVETIÆ LEGATIS
SPECTANTE, & APPLAVDENTE
POPVLO
A CAROLO FRAN.^O PETRONIO
EXIBITI
Die 20. Aprilis 1650.

PARS SECUNDA

TRIUMPHI AUGUSTI

IN VITAM ET MAIESTATEM

INCLITISSIMI ECTHIS

[illegible] TIORAMENTUS

IO. IACOBI STOCKARII

[illegible]

[illegible] OPTIMI

INVICTISSIMI

ORIANI

ELECTORIS [illegible] PROGATIS

SPECTANTIA, AD MILLAVDENTIS

PRIMO

A CAROLO PRIAN[illegible] PETRONIO

EXCUDEBAT

[illegible]

Dic [illegible] Aprilis 1693.

AD ILL^MVM IOANNEM BRAM LEGATORVM CORIPHEVM CAROLVS FRANCISCVS PETRONIVS.

NON dum illam ſummorum Patrum præfecturarum italicarum ſubditi anno tranſacto, admirati ſunt dignitatem, vt eſſet nemo qui ſplendore tuo venerabili aſpectu conflato in conceſſu, aut alibi ſanè non obcæcaretur. Non eſt mirum te qui autoritate præes, etiam amabilitate præeſſe; tua tamen virtus inſolitæ manſuetudinis (vt cæteras taceam quæ ſi in omnibus alijs præſidentibus viſæ fuerunt, in te vno elucere videntur) adeo horum præcipuè oppidanorum animos vicit, & vinxit, vt omnes, etſi ſimplici ſtudioſæ obſeruantiæ effectu, cordis affectu feruentis flammam aperire ambirent. Ego tum hac quidem ra-

tione , tum filij tui , & morum comitate , & lenitate mecum humillimè sermonis habiti (ex quo tuas animi dotes facillimè consequuturum inhæsitanter conycere potui) immo verò illo mei honoris emolumento anno præterito mihi præstito , dum auspicio futuri regiminis eiusdem I. Iacobi Stockari decantando benignè interesse, & meos in eum labores lætan er comprobare voluisti. Quocirca , vt aliqua ex parte tum amoris , tum gratitudinis satisfacerem legi , tanquàm simplicem intensi nihilominus affectus effectum, hanc secundam expressiorum virtutum Prætoris Stockari partem tibi singulariter offerre ambitiosè cupiui . Animum meum oro tamen , dum meæ desum satisfactioni æqui bonique facias. Valeas , vt ad huius populi Locarnensis incolumitatem benè præsideas .

Dat. Locarni die 22. Aprilis 1650.

LAVS
A PATRIA
TROPHOEVM PRIMVM.

Nemo glorietur quod magnæ
Vrbis sit Ciuis, sed quod
sit dignus magna, &
illustri patria.

Arist. apud Diog. l. 6.

IO. IACOBO STOCKARO

Heluetiæ corculo

Nympharum ocello, delicio Gratiarum,

ſplendori Patriæ ſubditorum fœlicitati

ſoli, ſaliq; plauſibus

oneribus pacis, & belli

DOMI FORISQ; FORTITER SVSTINENDIS

arridentibus honoribus

SAGI, ET TOGÆ.

Vnde

Germanæ Veneris regna inter naſcitur: vt ſit

Ore Venus, factis gratia, voce lepor.

LAVS

LAVS A SIMILITVDINE SVORVM PROCERVM

Nam ſepè audiui ego q. Maximũ P. Scipionem, prętera Ciuitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere: cũ maiorũ imagines intuerentur, vehementiſsimè animũ ſibi ad virtutẽ accendi: ſcilicet memoria rerum geſtarum eam flammam egregijs viris in pectore creſcere: neq; prius ſedari quam virtus eorum famam neq; gloriam adaequauerit.

Sal. in bello Iug.

IO. IACOBO STOCKARO

ſpiranti maiorum fœlicitati propagantium.

IMAGINI

Remuneratori virtutum, vindici

VITIORVM

PRÆTORI LOCARNI INTEGERRIMO

nobilium Patrono, Patri pauperum.

Cogita è fonte flumina bibere

è ſcaturigine torrentes

è radice truncum

& fructus.

Vnde

Maiorum geminatur honor, te præſide, & vna,

dum geminatur honos, congeminatur amor.

LAVS
A SANGVINIS NOBILITATE

Bonum nobilitatis hoc est
quod nos à maiorum
nobilitate degene-
rare non sinit.

Curt. in Hist. Sex.

I. IACOBO STOCKARO

Gente, Patria, Natalibus, Ordinis

DIGNITATE,

Laris, Stemmatis Antiquitate

CLARO

Virtutum vel in ipso lucis ingressu

LVCI

Lucifero Domus, Lucifugis inimico.

Vnde

Te nascente noua nituit Domus inclyta luce;

Lucifer alter eras, Hesperus alter eris.

NOBILITATI GENERIS VIRTVTVM NOBILITATE RESPONDET.

Non Genus antiquum nec Auorum clara tuorum
Gloria, conſpicuum te illa, STOCKARE facit;
Sed tua te virtus, ſed quo ſublimis ad alta
Tendis conſpicuis nomine maior Auis.
Magnum eſt conſpicuo niteas quod ſtemmate Auorũ
Aſt quod Auos decores, gloria maior adeſt.

DE ILLVSTRISS. FAMILIA STOCKARIANA Domi foriſq; Clara.

Belligeris fœcunda domus, fœcunda diſertis
Fœtibus, inſignis Pallade, Marte potens
Tu bello, tu pace nitens emittis in auras
Fulmina tot belli flumina, & eloquij
In magnum admiſſi, vt radient hinc inde, ſenatum,
Hinc inde in Martis puluere mille micent.

SYMBOLVM

Leo ſtemma Locarni ad ſolem,
qui, dum eſt in Leone ex
Aſtrologis non fit eclypſis.

VT TENEBRAS FVGARET.

Splendorem nec Solis, nec Lunę occupat orbis
Sydere dum inſtat Sol forte Leone poli
Hinc ceſſant tenebræ graues, hinc ceſſat eclypſis
Splendida quàm lucis ſemper origo manet,
Vt ſol IACOBVS ſplendens in Vrbe Locarni,
Ardens cui Leo pro ſtemmate ſydus adeſt,
Ceſſarunt tenebræ triſtis ceſſauit eclypſis,
Quæ tulerat populis otia, bella, neces.

LAVS

LAVS

A IVVENILI ÆTATE TROPHOEVM SECVNDVM.

Omninoqui reipl. præſunt duo Platonis præcepta teneant, vnũ vt vtilitatem ciuium ſic tueantur vt quidquid agant ad eam referant obliti commodorum ſuorum: alterũ vt totum corpus reipl. curent ne dum partem aliquam tuentur reliquas deſerãt. Vt enim tutela ſic procuratio reip. ad vtilitatẽ eorum, qui commiſsi ſunt non ad eorũ, quibus comiſſa eſt, gerenda eſt.

 Cic. 1. off.

I. IACOBO STOCKARO

PATRIO PATRITIO

florem aetatis.

honorum floribus exornanti

MAGISTRO MAGISTRATIBVS

Dato

Magnarum actionum auctori

paritet, &c actori

ob

PVBLICA COMMODA

priuatis neceſſitudinibus

antelata.

Vnde

Flore nitet nunc, ſe mox fructibus altis,
Spem frugum florem copia ſemper alit.

AD

AD OMNEM HONORIS ADOREAM

effloreſcens floriferæ

arbori comparatur.

Creſcit germanae cultis in mænibus orę,
Quæ viret æternis, arbor, opaca comis
Æternum gerit illa decus, nec fraude caduca
Carpitur illęſa ſemper opaca coma
IACOBI, fallor, virtus ea creditur eſſe
Illa ſolo floret, floret & illa ſalo.

IO. IACOBVS STOCKARVS

Iuuenis magnis

intererit conſilijs.

ANAGRAMMA

Tu tu conſilio, & vſu pergrauis

viſus ante canos

patri ſimilis

iuuentus.

Dum tibi crura virent, & aduc decor integer Aui
Stat, mala nec vultus riga senilis arat
Consilijs quęsitus ades maturior annis
Munera agens curuo vix iubeunda seni:
Scilicet ingenio tibi vis pręstantior omni
Mens tibi canescit moribus, ora virent,

O PRAETOR, TV CONSILIO, TV PERGRAVIS VSV

CANOS ANTE viris VISVS es, ante diem.

Et tua dum PATRIS SIMILIS sic clara IVVENTVS

dignus maiorum factus es imperio.

SYMBOLVM

Sol erumpens è nube qua hactenus

circumseptus

lemma.

PVLCHRIOR VT NITEAT

Hactenus obsedit IACOBI lumina nubes,

Sol velut at victa nube nitescit, io.

LAVS

LAVS
A BENEFICENTIA
TROPHOEVM TERTIVM

Magnificum, & ingens, nulla
quod rapiet dies, prodesse
miseris, supplices fido
lare
protegere.

Sen. Trag. in Med. act. 2.

BE-

BENEFICENTIÆ

Sempiterna memoria dignae

I. IACOBI STOCKARI

Munificentia in nobiles

Misericordia in pauperes

beneficijs, officijs, & gratia

QVA

vicit omnes

neminem vnquam

vinci puduit

PRÆTORIS

benignitatis omnis limites prætergressi.

Vnde

Officijs, IACOBE, iuuas opibusq; iacentes,
In terris quid ni? si pater esse queas.

I. IACOBVS STOCKARVS PRÆTOR LOCARNI

Anagramma.

O Leo pronus omnibus iniuit Saccara caritate.

Mercurium eloquij patrem dixere, Iouemq;
Excelſum, miſeris, quod daret auxilium,
Mercurium te lingua facit, IACOBE, Iouemq;
(pauperibus quod opem fers) benefacta probant.
Quinam poſſe putet duo Numina Numine in vno
Claudi? Iacobus Numen vtrumq; capit.
Quid mirum? *omnibus, ò Leo, iniuit Saccara Pronus*
Dictis, & factis ſi CARITATE dedit?

SYMBOLVM

Sol omnibus vim ſuam impertiens, vt viuant.

lemma.

Omnia ab vno

Sole: haurit vitam quidquid ſpectatur ab vno
IACOBI, quiſquis munere viuit, inops.

LAVS
A VIGILANTIA
TROPHOEVM QVARTVM.

Epaminondas celeberrimus ille Thebarũ Dux, dũ ciues Thebani petulantes nimis genio ſuo ac luxui indulgerent, ſolus vigil ac ſobrius arma, & Vrbis mænia perluſtrabat. Rogatus vero cur id faceret; reſpondit, ſobriũ eſſe ſe, & vigilare quo reliquis liceret tumulentos eſſe, ac dormire.

Plutarcus aduerſus Ducẽ imperitũ.

INSOMNI SOLERTIAE

Vigilantissimi, oculantissimiq;

PRAETORIS

IO. IACOBI STOCKARI

Patris, & Custodis

COMMVNITATIS

pro qua

Dies, noctesque excubans

Somnum alijs, & quietem

DEDIT

Dolos auertit, & insidias,
Securitati, & incolumitati publicæ
Prospexit.

Vnde

Barbara quis metuat, Iacobo præside, castra?
Iacobo vigili, iam omnia tuta manent.

EPICHEREMA

Leo excubans ad portam Locarni
cum lemmate.

CVSTODIA TVTA.

Lumina demittit quoties ſua Iuppiter Orbi
Luminibus reddit cuncta beata ſuis;
Iuppiter eſt quoties cuſtos Saturnius Orbis,
Orbis inoffenſus nulla pericla timet
Auguſtus noſtræ tu cuſtos, Iuppiter, Vrbis
Cuncta beata facis, cuncta pericla fugas.

SYMBOLVM

Sol mundi oculus cernens omnia
lemma.

ASPICIT NEC FATISCIT

Mundi oculus ſemper Sol aſpicit omnia,
Omnia IACOBI lumina aperta vident.

LAVS

A PRVDENTIA

TROPHOEVM QVINTVM.

Veluti apes ex thymo aridiſsima, herbaq; aſperrimi ſucci mel ſuauiſsimum conficiunt: ſic prudẽtes è rebus ipſis incõmodi ſepè aliquid vtile, & accomodatũ eliciunt.

Plut. de tranquillitate.

PRVDENTIÆ

Rebus in omnibus ſingulari

I. IACOBI STOCKARI

Supra rerum vſum cordatiſſimi
viri, & accutiſſimi

QVA

COMMVNITATIS

præuiſis omnibus periculis,

& ſublatis

ſubditorum vtilitatibus,

deſideriis omnium

ſatisfecit.

Vnde

Palladis ingenio Genius colet inuidus: illum
Sed tu Solaris Palladis ingenio.

AC-

ACCLAMATIO

Ob pacem prudentia ſua ſingulari

ſeruatam.

Dum populos dulci prudens in pace gubernat
IACOBVS, quæ ſunt, quęq; futura videns
Lumine feſtiuum gaudens in Orbe Locarnum
Viuat is, hoc viuo pax bona viuet, ait.

SYMBOLVM
NOCTVA AD SOLEM

lemma

Nictat ad vnum

Conſilio cunctis Sol eſt Iacobus. Ad vnum

Nictat ob id ſani Noctua conſilij

LAVS
A IVSTITIA
TROPHOEVM SEXTVM.

Omnium virtutum ſumma, & quaſi theſaurus eſt iuſtitia, ad quam veluti ad ſignum ſpectant, & in qua omnes compræhenduntur.

Pyth.

QVI-

QVICVNQVE

IVSTVM ÆQVÆ IVSTITIÆ

IVDICEM

desiderat.

I. IACOBVM STOCKARVM

Aspiciat, suspiciat, veneretur.

CVIVS

Proborum amabilitati, improborum formidini;
benè meritorum memoria, auri contemptus,
diuitum seueritas, amicorum
consideratio, in pauperes
liberalitas, Vallium
tutela
ACCESSERVNT.

Vnde

Quam benè IACOBI nunquam lanx æquâ pependit,
Ciuibus æquus erat, vallibus æquus erat.

EMBLEMA

Rota

cum lemmate

MOTV SEMPER ÆQVALI.

Tramite se vertit recto Rota, præpete quamuis
Voluatur cursu, non huc flectitur illuc
Tramitis arrepti semper memor, ardua semper.
IACOBI talis mens recto tramite semper
Voluitur arrepto virtutis tramite læuam
Nec præmit aut dextram, medio tutissima recti.

SYMBOLVM

Sol radios suos æquè omnibus impertiens

lemma.

OMNIBVS IDEM

Collibus est idem sol idem est vallibus, idem
Omnibus est recti solq; Stockare tenax.

ALIVD

Aquila intuens solem suos comprobat partus

lemma.

IVSTITIÆ LVMINE

Ad solem dum lumine natos comprobat Ales
Lumine iustitiæ quæ bona, & ipse probat.

LAVS
A FORTITVDINE
TROPHOEVM SEPTIMVM.

Non eſt arbor ſolida nec fortis, niſi ea in quã frequens ventus incurſat, ipſa enim vexatione cõſtringitur, ac radices figit.

Sen. de prouid.

VIRTVTIS EXCELENTIAE

Columnæ veræ fortitudinis animatæ

nec vnquam recta semper

intentionis acie non

erectae.

I. IACOBI STOCKARI

veri viri

Noui Herculis, Athletæ fortis

Ad laborem omnem animo parati.

PERITI VSV

firmati, & obfirmati

CONSTANTIA ET GRAVITATE

Vnde

Durat in aduersis pariter, pariterq; secundis

IACOBO hinc duplici foenore fama venit.

VI-

VICTOR SVI

Cæsaris inuicti nulla est, iam gloria nulla
Annibalis, veterum gloria nulla Ducum.
Illi alios vicit, se Prætor Maximus. Hæc est
ante alias forti Laurea danda Duci.

SYMBOLVM

Sol abigens opposita nubila
cum lemmate.

OBSTANTIA SOLVIT

Nubila dissoluit sibi sol obstantia; soluit
Quidquid obest Prætor fortis, agitq; procul.

LAVS
A TEMPERANTIA
TROPHOEVM OCTAVM

Qui reipub. præſunt legum ſimiles ſint, quæ ad puniendum non iracundia, ſed æquitate ducuntur.

Cic. 1. off.

TEM-

TEMPERANTIAM

I. IACOBI STOCKARI

integerrimi, abstinentissimiq;

PRÆTORIS

in omnibus vitæ suæ partibus singularem,

Qua proximè ad continentissimos

PATRES

accessit.

Virtus ipsa loquitur, & obstupescit,

odio nihil vnquam, vel gratiæ

libidini, vel auaritiae

DEDIT.

Et antequam alijs imperaret

SVBDITIS

non rectis animi motibus imperio

RATIONIS

imperauit.

Vnde

IACOBVM effingat quisquis præit Vrbibus, ille

Imperet vt reliquis, imperat ante sibi.

EM-

EMBLEMA

Coronæ tres Graminea ſcilicet
Querna, & Laurea.

lemma

NON SATIS VNA.

Graminea eſt vna, altera Qerna, eſt Tertia lauri
Lapſura nunquam fronde corona virens.
Gramineam fabio priſci tribuere, ſubegit
Victor vbi Poenos, Anibalemq; mora.
Laurea Prętoris capitolia celſa petentis,
Seruantis Ciuem Querna corona fuit
Seruaſti ciues, te victo, maxime Prętor.
NON SATIS eſt meritis VNA corona tuis.

SYMBOLVM

Sol non ſemper ęſtuans

lemma

ÆSTVS QVANDOQ; REMITTIT

Æſtuat: at rapidos ęſtus quandoq; remittit
Phoebus: non rectas comprimit iſte faces.

LAVS
A PROVIDENTIA
TROPHOEVM NONVM.

Deorum prouidentia mundus administratur: ijdem consulunt rebus humanis non solum vniuersis verum etiam singulis.

Cic. de nat. Deorum

PROVIDENTIAE PERSPICACI

perſpicacitati prouidæ,

Prouidentiſſimi, Perſpicaciſſimiq;

PRÆTORIS

I. IACOBI STOCKARI

in proſpiciendo acumine,

in prouidendo ſolertia,

ſpectati, ſumma cum laude,

& probati

ANTE ANNOS CANI.

Vnde

Spem grauibus vincis meritis, virtutibus annos.
Non cadet ante diem, qui ſapit ante diem.

EPI-

EPICHEREMA

Aquila longè prospiciens

cum lemmate

ROBORE INTVITVQ;

Dum premit imperio populos IACOBVS, & altæ
Virtutis recto currere calle docet:
Quæ sibi, quæ populis noceant videt Argus acuto
Lumine, & illa procul pellit vbiq; mala.

LAVS
A MAGNITVDINE ANIMI
TROPHOEVM DECIMVM

Is mihi videtur amplissimus, qui
sua virtute in altum locum
peruenit: non qui
ascendit per
alterius
incomodum.

Cic. pro Boscio.

MA-

MAGNITVDINI

ANIMI

verę magnę

I. IACOBI STOCKARI

Qui ſemper diſſidiorum acerrimus
EXPVGNATOR
Auctor efficaciſſimus pacis
prius ſui quàm populi
PRÆTOR,
vt ſibi infenſos animos
vinceret, & vinciret
ſe ipſum vincens ne quid vſpiam ſupereſſet.
Quod vinceret,
vicit, & vinxit
diuulſaſq; aliorum inter ſe mentes
EXEMPLO SVO
facilè vnijt, & collegit.

Vnde
Offenſas quicunq; premit, Vir magnus habetur
Tu premis: hoc etiam nomine magnus ades.

EPI-

EPICHEREMA

Lepus ad Leonis pedes humilis,& abiectus cum lemmate

SINE CLADE VICTOR

Iacobi neget inuicti quis præsidis esse
Robore munitum pectus, & ære graui?
Colludit sortis varios mutabilis ictus
Ludit vt elatas Taurus ad astra pilas:
Quin alij quidquid scribunt in marmore Lesi
In vento,& rapida scribit is vnus aqua
Vtq; Leo nulla terretur imagine rerum
Is sine clade manet, sic benè victor adest.

SYMBOLVM

Truncus ad cor

Quo viuunt omnes

Ecce vigor ramos de trunco fusus in omnes,
Dicitur è tenero corde venire vigor
Dignius ostentas proprio pro stemmate truncum,
Quo viuunt omnes, quoq; vigere patet.

LAVS
AB ACCESSV LOCARNVM
ET RECESSV AB EODEM
TROPHOEVM VLTIMVM

Fit natura quadã vt ignauiſsimi homines nihil curent quæ ſit de ipſis futura opinio : probatiſſimi autem viri cuncta faciant quæ in futuris ſæculis benè inter homines audiant.

Plat. Epiſt. 2.

I. IACOBO STOCKARO

PRÆTORI SEMPER AMABILI

memorabili semper, & admirabili, cuius
vt foeliciſſimus ad pręfecturam Locarnenſem
acceſſus ingenti populum vniuerſum
lætitia cumulauit: ita receſſus
eiuſdem acerbiſſimus
merore maximo
complet.
LOCARNVM
ſuis è finibus abeunti
nunquam ex animis abituro
relicti poſt ſe deſiderij
amoris, & memorię
erit
MONVMENTVM.

Vnde

Huc venit, & ſecum veniente huc omnia gaudent
Hinc abit, & ſecum cuncta abeunte dolent.

IN

IN DISCESSVM EIVSDEM

LOCARNO FLEBILEM OMNIBVS ET LVCTVOSVM

Te te sic subito linquentem clima Locarni
Oppida flerunt heu, Mœnia & ipsa, forum.
Te flerunt inopes, vulgus te fleuit, & omnes
Matres atque Viri, palladijque chori
Ac veluti terræ tua credita membra fuissent
Immaduit subditis omnibus os lachrimis
Cunctorum Pater vnus eras, IACOBE, parentem
Iure docent lachrimis cuncta abijsse suum.

SYMBOLVM

Sol cuius accessus lucem, recessus tenebras parit.

lemma.

Te veniente, Dies, te decedente Tenebræ.

Sole oriente dies, sole occidente tenebræ
Consurgunt; tecum lux venit, atq; fugit.

STOCKARVS

ETHYMOLOGIA.

CARVS STO

Colloquitur ſic noſter dum vult linquere Prætor
Corpore vos linquo, linquere mente nego,
Ipſe ſteti ſemper quàm CARVS vt omnibus olim,
Sic ſto ſic maneo carus, & eſſe volo.

Siquis plura deſiderat videat auſpicium
futuri regiminis anno præterito
proclamatum.

Al Sig. D. Carlo Franceſco Petronio.

ANASTASIO CABENGO
fà riuerenza con queſto Sonetto.

HAi trà Poeti tù, loco primiero,
Hai, trà primi Oratori il primo honore,
Ond'a ragion ſi pregia il gran Stocchiero,
Che la tua penna ſpieghi il ſuo valore.
S'egli è de l'alma Aſtrea ritratto vero;
Sei tù d'alta Eloquentia vnico fiore:
S'egli è d'ogni ſauer vn moſtro altiero,
Sei tù d'ogni bell'arte almo ſplendore.
Se entrambi il cor d'eterne glorie auaro
Scopriſte altrui; qual meraviglia è poi
Se à voſtri merti non ſi giunge al paro?
Saggi, e vaghi gli accenti hauete voi,
El nome voſtro è ſi famoſo, è chiaro,
Ch'arriua in fino ai più lontani Eoi.

CA-

CAMILLI BOVII LAVDEN.

ad

Auctorem

Distichon.

Nil mirum, dum'oras, cum sis PETRONIVS alter,
PETRONI, si animos Palladis arte trahis.

MADRIG. DEL MED.

Mentre con stile egregio
A sublimare attendi
Erudito Orator sino à le stelle
Del Gran STOCCARO la virtute, e'l pregio,
Co'l facondo tuo dir, con l'arti belle
Te stesso innalzi, e rendi
Tua virtù più famosa:
Così l'ape ingegnosa,
Mentre fabrica al huomo esche soaui,
Nutre se stessa ancor de propri faui.

IL PRESENTE

TRIONFO

ESSENDO STATO

COMICAMENTE RAPPRESENTATO

Delli recitati interposti

in verso italiano

S'ESPONE L'IDEA

Dedicata all'Illustriss.mo

AMBASCIATORE DI SOLETTA.

DELL'ANNO M.DC.XXXXX.

All'Illustrissimo Sig.
BENEDETTO GLOZ
Ambasciatore di Soletta
e Cauallere nobilissimo.

PAGÒ ella sì benè nell'anno passato de suoi sudditi l'animo, che da questi ne sentij, & anco sin'hora quelli encomij, che alla particularità della lei gentilezza faceuano vn'agiustata consonanza. Alcuni si professauano almeno de' Locarnesi di mirar nella sua persona quella qualità ch' haueua forza d'obligar, che prima conoscere. Mà più oseruo nel cuore de questi

popoli alla loro voce vn ſingular giubilo, che ſentono dalla giouialità c'hà ſempre dimonſtrato nell'aggradir coſi benignamente l'oſſequio anco de più vili. Io, che de più vili non preſumo di non eſſer meno, mi feci animo di riuerirla con la dedicatione dell'idea de preſenti interpoſti, ſolo ſperando, che d'vna tal ſua prontezza mi ſarebbe conceſſo quel merto, che non mi può guadagnar dell' oblatione la valuta, confidandomi anco, che tal'idea ſarebbe riceuta ſenza quel penſiero, che può dittare d'eſſer indrizzata ſotto ſpecie d' affettuoſo oſſequio à erudition dell' animo ſuo, il quale eſſendo sì benè edificato, non può eſſer rauiſato da miei ſentimenti, che alla viuacità de' ſuoi ſpiriti ſembraranno fredezze. Non nego però che, per ſolieuo della ſua mente affaticata ne maggiori applicationi, tal'hora poſsi eſſer degna d'vn ſuo ſguardo. La viſta ſi ſoleua nel nero ſtanca nella bellezza de gl'altri colori. Accetti dunque l'affetto ſe non il valore, e con il ſeguente ſonetto gli baccio le mani.

Locarno li 29. Aprile 1650.

Di V. S. Illuſtriſs.

Ambitioſo ſeruitore

Carlo Franceſco Petronio.

AL tuono, al canto à quel famoso grido
De tue rare virtù de tuoi valori
Destò la fama ad offerirti amori
In Locarno di te diletto lido.
Ella festosa in questo loco fido
Scoprì del sangue tuo l'almo splendore
O miracol del Ciel ò gran stupore
Veder del Sol quà giù riposto il nido.
Che marauiglia, se nel chiaro aspetto
Della fronte serena del tuo volto
Ogni vasal habbi lo sguardo acolto.
V'è nel mirar il sol sommo diletto.
Di BENEDETTO Sole ai raggi intento
Gode donq; Locarno bel contento.

Dulce est oculis & delectabile videre solem. in Eccl.

Re-

REcitata che fù l'oratione con offerta dell'opera fecero vn coro li musici, e le sinfonie, il che si è osseruato nel fine de tutti li trofei. L'ordine co'quale si cãtorno li trofei, fù che si vidde nel Ciel aprirsi d'vna nuuola il Dio nomato Apollo, che, dette le sentenze poste auanti li trofei, acennaua col scetro hor' à vna hor' à l'altra de quatro Ninfe qual cosa cantar douessero, serbando solo d'esser da lui proferti li titoli: di qual forma passorno tutti li trofei. *Honestius est Principi beneficiorum, quàm trophæorũ memoriam relinquere.*

Xenoph. apud Socra.

Doppo il primo trofeo.

Venne Cauallere forastero curioso d'habitar del Magnifico Borgo di Locarno il delitioso sito, da duoi Gentil'huomini Locarnesi incontrato, doppo dalla conoscenza fatte le debite accoglienze, ch'haurebbe hauuto occasione de dar pasto alla gentilezza dell'animo suo, fù fatto consapeuole. Giubilando tale Cauа-

uallere di sì felice nuoua affrettaua al discorso li gentil'huomini per l'indrizzo di tall'occasione; essi fideli gli formorno vn'ampio discorso, che compendiaua del suo Gouernatore le morali qualità, che toccando il gennio del suo naturale gl'accendeuano il desiderio di con esso lui praticarle. *Quos etiam nunquam vidimus propter virtutem diligimus.* *Cic. de ami.*

Doppo il secundo.

Da casa vscendo li gentil'huomini accidẽtalmente in Piazza trouatisi con il detto Cauallere gli fecero gentil dimanda se quanto in voce da loro espresso gl'era stato, in fatti esperimentato hauesse. Risposta fù, che abondaua de fatti la proua alla certezza della relatione. *Arduum est absq; exemplo res magnas lucidè ostendere.* Esortato à darne saggio di, che più era stato oseruatore cõ parole d'enfasi gli narrò di gentil Signore le dote tutte. *Princeps se regem esse, & non mercatorem meminerit. Austeritas enim solitudi-* *Plato de Regno.* *Q. Curt. l. 1.*

Plat: Epiſ.4. *dinem amicorum parit.* Congratulatiſi li gentil'huomini del piacere, che tanto incontrò l'animo di queſto Caualliere, ſi licentiorno.

Doppo il terzo.

Trouatiſi di nouo li gentil'huomini con il Caualliere, má con diuerſi ſembianti, e con accenti d'animo ſconſolatto laſciádo in diſparte de compimenti la ſolita eſatezza gli fecero nota la partenza di quel Gouernatore, che per hauer ſpalegiato della nobiltà i meriti, pareuano che da l'inuolo del ſuo decoro s'adolo-
Plut. de educ. raſſero. *Dum genio noſtro ſatisfit gaudemus ſinaliter meremus.* Mentre da ſi meſto diſcorſo d'infidenza dauano ſegno, comparſe la virtù Giuſtitia, che l'errore rimprouerando, gli corroborò della paſſata conſolatione, mercè che dalli principij di ſuceduto Gouernatore ſaggio n'haueuano di non diſſomigliante cura al ſplendore della loro nobiltà.
Ariſt. 5. Pol. *Regia poteſtas pro virorum præſtantium tutela contra populum reperta eſt.*

Corsero li Pouerelli, che con compasioneuoli vlulati à gl'animi anco più ferini moueuano tenerezza. Non poteuano questi contener quelle lagrime per chi con tanto zelo stese non solo il loro patrocinio, mà doppo anco racommandatili, diede nella partenza vn'affettuoso saluto. *Siquis tristantem aliquem secutus ei dixerit salue; necessario eum lugere iubet.* Faceuano memoria questi mseri, chè per loro il banco di Cerere fù cosi fallito nel passato biennio, che mentre non sapeuano da chi chiedere in vn tozzo di pane per pietà la vita cadente, per esser ristorati al Asylo del passato Gouernatore se n'andauano. *Nihil est tàm regium, tam liberale, tanq; munificum quã opem ferre supplicibus excitare afflictos dare salutem, liberare periculis homines.* E fra questi singozzi comparse la virtù Carità, che consolandoli dell'istesso pietoso affetto del presente Gouernatore gl'asicuraua, che chiunq; de dodeci Cãtoni

Philom. apud Stob.

Cic. 2. de Orat.

toni haueſſe gouernato, come dalli dodeci ſegni del zodiaco, li quali furno aſomigliati à vno per vno; haurebbono ottenuto ſempre pietoſo l'influſſo. *Indigentiæ legem fauere æquum eſt.* Li pouerelli riautiſi cantorno, ò che felice ſtare ſotto all'Heluetico gouernare, e fù ripigliato dalli Muſici.

Plutar: de vitanda vſura.

Doppo il quinto.

Corſero cinque vitij Laſciuia, Otio, Gioco, Crapola, e Diſolutezza mine per lo più de quell'arti, che ſi vantino di ſtima al decoro del politico gouerno. *Luxuria, & otio artes militares tolluntur.* Queſti ſcaciatti già dal paſſato Gouernatore, di ritornar nel Borgo con ardimentoſa voglia fecero l'vltimo sforzo, diſcorendo fra loro, che del ſuo ben viuere coſti troua l'agio eſortãdoſi però di ſtar ogn'vno nel ſuo offitio molto ſaldi per timore, che il preſente Gouernatore non ſia ſtato dal paſſato cõtro loro malamente informato, ampliandogli quato danno

Liu. 4. dec. 10.

à questo nobilissimo Borgo di Locarno habbino sempre portato. La Lasciuia soccorsa dal aiuto de compagni si prometteua tutto il valor al oppugnar d'ogni nouo contrasto; e non gia senza giuditio, perche *Otia si tollas periere cupidinis artes. Et Cula est mater luxuriæ, et capud iuris peritos.* *Ouid. de remed. am.*

Doppo il sesto.

Ritornano li virij de quali tutta scorrucciata la Lasciuia trouando à loro disegni difficili incontri, rinfaccia gagliardamente la negligéza de suoi compagni, e questi rimprouerando la lei dapocaggine restano fra loro in pace, ecetto la Lasciuia: cosa che si deue compatire, perche *sine Cerere, & Baccho &c.* Mà hor mai pacificatasi, e rinouandogli speranza dell' intento gli fà animo à tentar di nouo la partita. *Spes pascunt exules. At spes temeraria plerumq; fallunt homines.* *Eurip. in Phoenis. idem ibi.*

Doppo il settimo.

Vengono di nouo li vitij tutti vniti con passo di mente astratta, mercè la ripulsa vergognosamente hauuta. Ogn' vno disse contro il Gouernatore il suo lamẽto prouando, che tali vitij ad altri non portino danno, e che cõsistano in quella libertà, che nõ può esser artata. *Vitia nostra, quæ amamus defendimus, & malumus excusare illa quàm excutere.* Pure si fanno animo di arrisciarsi ancora, e sola la Lasciuia si prende il carico d'effettuar il negotio. Non è marauiglia donq; *si amatores aggrediuntur audacter terribilia causa concupiscentiæ.*

Senec. ep. 117.

Arist. Eth. 3.

Doppo l'ottauo.

Ritorna la Lasciuia e dimandando li Compagni tutta baldanzosa (à ponto dell'istesso sembiante, che portano quelli, li quali *canunt victoriam ante triumphum*) gli fà certi, che con le ragioni c'ha parecchiato di sbattere contro di loro vna

tale

tale Fortezza. *Nihil est tam sanctum quod non aliquando audet audacia.* All'vltime parole della Lasciuia comparse la virtù Fortezza tutta armata con la claua alla spalla, e dalla maggior parte delle virtù morali circondata, che di sdegno accesa e facēdo del Gouernator le parti gl'intima rigorosamente la partenza. *Fortitudo est pugnas pro æquitate.* La Lasciuia adulandola con voc, e lusingandola cō fatti per quietarsila del suo parlar all' vdienza, incomincia vn discorso lōgo, che à fauor di lei e de suoi cōpagni continoua quelle ragioni, che nella superfitie haueuano qualche apparenza, e nella profondità niuna sodezza. *si est turpe non posse se defendere corpore turpius est nō posse se defendere sermone.* La Fortezza à vna per vna rifutò simili ragioni. *Hominis enim fortitudo non in dentibus, sed in ratione, & manibus consistit.* La Lasciuia non ancora satia (*pertinatia non sinit hominem corrigi*) S'ingegnò dalla seguente rima formargli vn canto per mouerla dal proprio interesse.

Cic. pro Rascio

Cic. off.

Aris. Reth. 1.

Plut. de fort.

Ti promettiamo d'esserti
Come tanti fidi cortegiani (gno
Che procureranno il tuo guada-
Quelli duoi saranno Sploratori,
Che ti farāno noti sēpre gl'errori
Noi tre sarem cōe tante Dōzelle
Delle tue più gratte e belle
E se viueremmo nella tuà corte
Saremmo gente de varie sorte.

Saremmo Coruo e parer Cigno
Non hauer, e monstrar fede
Parer sante a chi ci vede
E serbar il cor maligno
Con vn vago, e finto gigno
Ingannar la gente
Noi sapremmo mirabilmente
Il monstrar per bianco il nero
Il coprir col falso il vero
Il mentir parole e panni
Opre saranno de nostri inganni
Sia fatta donque la gratia,
Che correremo tutti alla traccia.

OBSEQVIO MITIGANTVR IMPERIA.
Curt. li. 8.

La Fortezza rispose discorendo sopra le virtù morali, che queste sarebbono state li sploratori e Cortegiani per seruitio del suo gouerno. *Emitur sola virtute potestas.* La Lasciuia in questo mentre diuilipēdio faceua certe lambrusche, che riferiuano quello, che al tempo d'oggi può ben'esser cantato dalli poueri Virtuosi: *Ingeniū fuerat pracciosius auro, & nunc barbaries est grādis habere nihil. Curia pauperibus clausa est dat census honores.* La Fortezza venne puoi à cōchiudere, che la Lasciuia e suoi cōtanei douessero pigliar cortesa partēza altrimē-

Cludi. 3. cons.

d'Ouid. 3. amo.

te

te haurebbono mosso la claua alle loro spalle furiosamente. *In correctione subditorum miscenda est lenitas cum seueritate.* Greg. 26. de mor.

Doppo il nono.

Indugiando anco questi habituati vitij alla partenza (veramẽte *nisi radices vi euellũtur*) gl'aiuta in vn subito la Fortezza, che dal alzare della claua dalla sua giurisditione gli mandò in fuga, e sola discorse del danno, che da simili vitij ne sente il mondo tutto *Non satis amat bonos Princeps, qui malos satis non oderit.* Pli. Senior lib. 24.

Doppo il decimo.

Venne Cupido con Lasciuia, la quale gli fece di scusa vn colloquio, per non hauer potuto esser del suo dominio il sostegno, facẽdogli conoscere, che più prouenne da suoi cõpagni, che da lei la cagione del mancamento (*quod rebus in aduersis solet fieri*) offerendosi però di viuergli altroue sẽpre fida leguace. *Heu mihi quod nullis amor est medicabilis herbis.* Q. Curt. l. 4. Ouid. in Epist.

AVI-

AVISO.

Mi credeuo, che asieme de predetti vitij doueſſe anco comparire in ſena l'inuidia, che ſe bene nõ gli ſia chi del ſuo valore s'vguagli, ne ſia loco, ch'al lei dominio non ſoccumbi, per gloria però de ſuoi triunfi doueua alla paleſa far ſtima de quei vãti, che s'atribuiſce per danno altrui; pure ſe da dolẽte vergogna nõ s'ardiſce appreſentarſi in publico, e coſa da credere, che ne familiari cir coli cõ occulti tratti di malignante lingua farà le ſue facẽde. Si deue però cõpatire per vn partico-
Epiſ. 95. lar preuilegio, che porta ſeco tale vitio, in riguardo almeno di quello di *Sen. marcet ſine aduerſario virtus.*

Doppo l'vltimo.

Cõparſero tre gẽtil Donne, che cõ vn ballo meſto eſprimeuano la doglianza delle tre Squadre de Sig. Nobili, Borgeſi e Terreri, mà dalle Ninfe fatta vna paſtorale allegra, che di nouo Gouernatore al paſſato conſimile daua l'augurio; in vn ſubito fù ſgombrata tal doglianza, e cõ vna Canzonetta ſi diede al tutto fine.

Bion. apud Stob. *Bonus Princeps à magiſtratu diſcedens non ditior ſed clarior euadat.*

IL FINE.

ERRATA

quæ ex typorum infortunijs ſolent euenire.

calriſſima pro clariſſima
Elitorpia pro Eliotropia
optarij pro optari
Communem pro communem
virrutis pro virtutes
conferre, vota pro conferre,& offerre vota
Magnatis pro Magnatibus
excelentię pro excellentię
gaudens in pro gaudens & in-
videt pro violet

1386.485

3444
Ibpr.L